ALELUJA

1.

1. Dominus dixit ad me : • Filius meus es tu, • ego hodie genui te.
2. Dominus regnavit, decorem induit : • induit Dominus fortitudinem • et praecinxit se virtute.
3. Dies sanctificatus illuxit nobis; venite, gentes et adorate Dominum; quia hodie descendit lux magna super terram.
4. Video caelos apertos, • et Jesum stantem a dextris virtutis Dei.
5. Vidimus stellam ejus in Oriente, • et venimus cum muneribus adorare Dominum.
6. Pascha nostrum immolatus est Christus.
7. Emitte Spiritum tuum et creabuntur : • et renovabis faciem terrae.
8. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus • qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem • in me manet et ego in eo.
9. Assumpta est Maria in caelum : • gaudet exercitus angelorum.
10. Felix es sacra Virgo Maria • et omni laude dignissima • quia ex te ortus est sol justitiae • Christus Deus noster.
11. Solemnitas gloriosae Virginis Mariae • ex semine Abrahae, ortae de tribu Juda • clara ex stirpe David.
12. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis • et ego reficiam vos.
13. Ascendit Deus in jubilatione • et Dominus in voce tubae.